



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Petri Venerabilis Abbatis Cluniacensis; Illvstrivm  
Miracvlorvm Libri II**

**Petrus <Cluny, Abt>**

**Coloniæ, 1611**

XIX. De visione alterius fratris.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64969](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64969)

*De visione alterius fratris.*

## CAPVT XIX.

**A**DVENERAT penultima aduentus Domini hebdomada, & frater alius de alio sancti Michaelis monasterio, quod itidem Pisis est, conspexit similiter in somnis venerabilis vi-  
 ræ Ioānem prius Camaldulensem Priorem, deinde Episcopum Ostiensem, velut ad se venire. A quo cum quæsisset dicēs, quo vadis Domine? ille respondit. Pisas venio, vt fratrem meum Albanum Episcopum assumam, & numero nostrorū adiugam. Scias autem, quod octauo Kalendarum Ianuarij, ad nos venturus, & nobiscum perpetuò mansurus est. Has visiones, imò ad meritum hominis declarādum reuelationes, earum inspectores sicut ante eius obitum viderunt, sic & ante quibusdam, & insuper illi qui hæc mihi retulit, bono & fide digno viro retulerunt.

*Quomodo demones signo crucis à se fugauerit, & de infatigabili eius ad Deum intentione.*

## CAPVT XX.

**S**VCESSERAT iam nos Dominicæ proximè præcedētis natiuitatē Domini.